Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tatis absoluat: et tue
nobis misericordie dona con
cilet. Per dominum. Com.
Sacro munere saciati
supplices te christe deprecamur: ut quod debite seruitutis celebramus officio: salutaris tue sentiamus augmentum. Per do.
Deus Georgii mart
qui nos beati Georgii martyris tui meritis et intercessione letificas: concede propitius: ut quorum beneficia poscimus dono tue gratie consequamur. Per dominum. Secr.
Munera christe oblata sanctifica: et intercedente beato Georgio martyre tuo nos per hec a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per d. Com.
Supplices te rogamus omnipotens: ut quos tuis reficis sacramentis: intercedente beato Georgio martyre tuo. tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deseruire. Per do.
De sancto Marco euangelista.
Deus qui beatum Marcum euangelistam tuum euangelice predicationis gratia sublimasti: tribue quesumus eius nos semper eruditione proficere: et oratione defendi. Per.
Hanc quesumus christe ob Secretationem pro commemoratione beati Marci euangeliste oblata beato contuere intuitu: et pia: ut et nomini tuo ad gloriam. et nobis proficiat ad medelam. Per do.
Pasti cibo spiritalis almonie quesumus christe deus noster: ut quod mysterio frequentamus: intercedente beato Marco euangelista atque pontifice plena veritate consequamur. Per.
Postcomunio
Resta Inlectaia ma.
quesumus omnipotens deus: ut